



## **Policratici Contenta**

**Johannes <von Salisbury, Bischof>**

**Parrhisius, 1513**

Ca. iii. Que precipue versent[ur] in inte[n]tione plutarchi: & de reuerentia  
exhibe[n]da deo & reb[us] sacris.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70332](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70332)

## Policratici de Curialiū nugis.

nem/q̄ oīa sillabatī exequi seruīlis interpretationis est/ que poti⁹ affectat speciem q̄ vires autoris exp̄mere. Et quia apud ip̄m de ceremoniis & cultura deorū plura que religioso p̄ncipi putabat ingerenda superstiosius disputata sunt: his omissis que ad idola trie cultū ptinent/p̄stringam⁹ breuiter sensum hoīs: quo principem & officia reipublice ad cultum iustitie informabat.

**C**Que precipue versentur in intentione plutarchi. & de reuerentia exhibendo deo & rebus sacris. Cap. III.

**D**N̄ summa ergo q̄ttuor sunt que nit̄ reipublice p̄ncipi bus incalcare. Reuerētiā dei: cultū sui: disciplinā officialiū & ptatū: affectū & ptectionē subditorū. Deuz ergo afferit in primis honorandū: deinde seip̄fū colē dum vniuersiq̄ vt fm qd apostolus sentit/ licet ille apostolum nō s. ad Thess. iiiij agnoscat. Vnusq̄vas suū possideat in sanctificatione & honore. Postvt doctrinā p̄positi totius disciplina dom⁹ redoleat: & tādem vniuersitas subditorū de capitis prepositorū sibi incolumente letetur. Magnorū quoq̄ virorum strate ḡematicis & strate ḡematicib⁹ vtitur: que si p̄ singula inferant̄ tediousa erūt lectori & p̄ pte a fidei nostre sinceritate recedēt. Ceterū quia sancti patres & principū leges/ illius(deducta tñ pfidia) vidētur inherere vestigiis/doctrinā eius sermone catholico & succīcto/ adiectis ex pte strategēmaticis eius attingam⁹. Porro ei initiu a reuerētia numinū est:nobis a deo q ab oībus ḡnaliter amandus est & collendus ex toto corde:ex tota aīa:ex totis viribus suis. Probatio nō dilectionis exhibitio est operis. Et licet per seip̄m possit amari tanq̄ qui citra opem mediū se infundat amanti: tñ ad cultū exteriorē/alicui⁹ medietatis interuentus necessarius est: eo p̄ deū nemo viderit vnq̄. Videndi vero nomen ad appellationē oīm sensuū vtriusq̄ nature dilatabis: quia presentialiter & pure non sentiet eū homo & viuet/nisi forte ea sensuū pte que corporis ne scit agustias:nec defectū tēporis sentit:sed viuacitate sui ex grā pmanet in eternū. Charitatē loquor que non euacuat: sed pficit q̄to ad eū quē desiderat familiarī⁹ accedit. Nā fides velū habet: & spes de gratie meritiq̄ somēto consciētiā demulcēte/ voti sui letitiā in futura protendit. Fides itaq̄ & spes imitan⁹ quidē sensum: subsistit tñ citra/agētes interim q̄si p̄ speculū & in enigmate/donec earū specie īmutata nūtatis substantia plenarie illucescat. Qui nō nullo pōt sensu p̄spicue videri: facile nequit agnoscī. Qd autē non cognoscī/diligēter coli nō pōt nisi per mediū. **V**nūnumā pompiliū ceremonias quas dā legitimus indixisse ro-

s. Matth. xxij.

s. Joan. iiiij.

manis & sacrificia: ut sub immortalium deorum ptextu/ad colendā pietatē religionē & fidē:& cetera que eis intimare volebat ipsos faciliter inuitaret. T estatut hec ancilia atq; palladiū sacra quedam imperii pignora. Janus bifrons belli & pacis arbiter. Focis veste virginibus cōsecratus quo in honore celestium syderum flamina custos imperii iugiter vigilaret. Sed & annus in mēses duodeci dilatatus: fastorū & nefastorū varietate dierū depictus: pontifices: aures & sacerdotiorū variis ritus: quibus ita barbarie occupauit/ vt ab iniuriis temperarent: feriarētur ab armis: iustitiā colerēt/ & ciuilē sibi inuicē imptiret affectū. Eoq; ferocē rededit populū vt imperium quod vi (vt dicitur) & iuris occupauerat: iustitiae & pietatis legibus feliciter gubernaret. Sed quid profero numam cum & patres fidei nostre/veteris legis sacrificia asserant instituta/ne in demoniorū cultū populus occupatus/ ne religiōis de disceret cultum: ritu gentium sacrificia sua demoniis immolat & nō deo? Colitur ergo deus aut affectu mētis: aut exhibitione operis: sed affectus dilectionis ipsum pure attingit licet aliq; sensu corporis vel aie dū pegrinatura dño/& mens mole corporis pgra uaf: plene nequeat comprehendendi. Et certe eo amarū ardēti? & su diosius querit: quo altitudo & imensitas diuiniarū potentie sue & sapiētie oēm exuperat intellectū/ virtute tñ tata oēm creaturam circuit penetrat implet & protegit: vt nequaq; latere valeat quālibet rationalem creaturā. Ipsa quoq; irrationalia ipsum esse/ & talē esse & tantū plurimis indiciis protestantur. Miro itaq; mō sic intelligētiā sui infundit: vt subtrahat: sic subtrahit/ vt infundat: & fm mēsurā beneplaciti sui sic operatur in singulis/ vt cum intēticnis & remissionis vices ignoret/ & si nō per essentiā qua omnem replet uniformiter creaturā: plus vel minus videatur inesse per ḡam. Nā per vniōne/in solo vniigenito virginis filio esse fideliter approbat. Est itaq; nunc quasi singula in singulis: futuris vt scriptum est: omnia in omnibus electis. Et sicut natura ignis/collatione tamen dispari (quoniam ei nihil potest pariliter comparari) a' sole diuersos/ pro corporum diuersitate producit effectus. Sic illa si tamen magna maximis conferre liceat/in multis multipliciter lucet. Solaris siquidem radius si forte incidat in carbunculum egrediens aut reuerberans rutilus: Carbunculus: vicinum facit aerem rutilare. Idem ignis in smaragdo virescit. Smaragdus. firmamento puriori in saphiro cōformat. Iacinti quoq; speciebus efficiēt concolor. In topazio qui quo rario eo p̄ciosior est: oī fere colore superbit. Si ei inim obliuias thaumāciadis representabit

*1. Corin. xv.  
Ad epheb. iiiij*

Smaragdus.  
Saphirus.  
Iacintus.  
Topazii p̄ciositas quomodo agnoscitur.

I iiiii

## Policratici de Curialiū nugis.

imaginē. Aque superiectus vndat in lacunari. Sed & ignē celestem in supposita traiicit per berillū. Vides igif i multis q̄ multa sit ignis natura. Sic in aliis est prudentia/fortitudo/in aliis tē perantia/in quibusdā iustitia. In nōnullis fides/longanimitas/spei in aliis. In his ferior est charitatis. Hic patiētia laborū/illic dolorū consolatio/alibi pseuerantia honorū operū:qui tñ singula in singulis est vnuis & idē deus. At i futuro qñ immediata facie p grām eius videbimus eū sicuti est oīa in omnībus erit: qñ nulli ad beatitudinē/alicuius &tutis substantia deerit:cū ipse in oībus futuris sit plenitudo &tutis & cumul⁹ beatitudinis: adeo quidēt iuxta traditionē p̄m/tātā maiestat⁹ sue plenitidinevi deatur adesse electis:vt nihil eis desit in vlla gratia: & ipse fere solus videatur in illis & illius noīe censeātur/salua veritate substantie:& sine omni &fibilitate nature. Hinc forte est illud. Exultabūt sancti in gloria:letabunt⁹ in cubilib⁹ suis/cū sibi tūc pūia credan⁹ esse corda sanctorū:& vnuisquisq; nō modo in sua sed & in oīm consciā gliestur. Sicut enī ignis(vt in p̄dicta moremūr similitudine) ferri naturā penetrat:& accēdit vt nihil cernat̄ i eo nisi ignis.& sicut solaris radius illustrās aerē:solis vel radii censetur noīe:sic deus oēs replebit electos:vt om̄i iſfirmitate & mutabilitate absorta:cū mortale imortalitatē/& corruptibile incorruptibilitatē induerit/deus fere solus in om̄ib⁹ agnoscat̄. Ad hanc nōnulli sentētiā referūt/q̄ angeli iā future beatitudinis nostre pticipes visi ab hoībus adorant̄:eo q̄ in eis visa est quedā p̄ntia deitatis/cū tamē creatura a creatura adorari oīno non licet. Sic etiā in facie saluatoris aliquid deitatis resplēduit quādo de funiculis facto flagello vēdentes & emētes eiecit e tēplo/docēs oēm negociationē exterminandā esse a domo orōnis. In aliis &o & si adsit diuinitatis p̄ntia/plenitudo eius in prefēti nequaq; adest/sed v̄sq;quaq; latere non potest. Est igitur in maiestate mirabilis/venerabilis a sapiētia/a bonitate amabilis:& hūc cultū citra oēm medietatē/potest ei fidelis impēdere creatura. Quid enim necesse est ad hoc vt eū timeam⁹/veneremur & diligam⁹? Et hice est forte funicularis triplex iter creatorē & creaturam qui facile solui nō potest. Sed om̄iū tenacissima est vis amoris. Charitas siquidē nūq̄ excidit:qua si q̄s adheret deo/vnitur ei & cum eo vnuis spiritus est vtiq; qui vnitur ei et sic vt vnuis spiritus/sic familiaris est:& ab obsequio eius qđ est in spū arceri non potest. Ille autem cultus qui in exterioris operis exhibitiōne consistit/medio indiget:eo q̄ ad spiritū corporalis nobis nō

ps.clix.

Io.ii.2u.xix.

Ecclastes.iiiij

1.Corin.vj.

patet accessus. Quod & illum planū est docuisse qui in samaria  
tania ecclesiam instruens ait. Spiritus est deus et eos qui volūt  
adorare in spiritu & veritate oportet adorare. Ut tñ ad thronuz  
illius quoq̄ modo humilitatis nostre cōscendat infirmitas/  
& aliquā habeat materia meritorum: s̄eualiter coli voluit/ qui  
sensum dedit: & qui animā gloriificabit & carnem/vtriusq̄ fide-  
lēm expetit famulatum. Se quoq̄ voluit etiam corporaliter ho-  
norari: vt q̄tauis tarditas infidelitatis/ aut negligentie excusa-  
tionem non habeat.

**C** De reuerentia rerum & personarum: & quot modis persona  
sit venerabilis.

## Capitulum. IIII

**R** Euerentia ergo que corporaliter impenditur aut in p-  
sonis consistit aut in reb<sup>9</sup>. Personarum vero ratio ha-  
betur/ aut a natura: aut ab officio: aut a morib<sup>9</sup>: aut a  
cōditione: aut a fortuna. Natura parētes veneramur  
& liberos: & quos nobis caro coniunxit: vtputavxore: cognatos  
& affines. Vnde & gentiū iure receptū est/ eo q̄ peque fit apud  
omnes gentes. Ad hoc etiam & diuino iure vrgemur quo scri-  
ptum nouimus. Honora patrem tuum & matrē tuā vt sis lōge  
uirs super terram. Et qui patri vel matri maledixerit morte mo-  
rietur. Liberos non multū oportuit cōmendari: eo q̄ nemo car-  
nem suam odio habuerit. Sed nec vxorem propter quā hō relin-  
quit patrem & matrēz: adherens vxori sue: vt sint duo in carne  
vna. Nō tamen in hac parte diuine legis mandata desunt. Et  
si ppter nature stimulū qui satis vrget rari<sup>9</sup> inferantur: proten-  
duntur tamen ad cognatos & affines quos per se natura cōmē-  
dat. Officiū vero est debitum exequendi que vnicuiq̄ ex istitu-  
tis & moribus agenda sunt. Ex eo nāq̄ personis singulis pprii  
congruunt actus. In his autē que sic agēda sunt alia ad publicū  
alia ad suū cuiusq̄ pertinēt statū. Ex quo liquet officiorum que-  
dam publica: quedam priuata conuenienter dici. Priuatorū ve-  
ro tanta est multiplicitas q̄ta fere est diuersitas personarū. Pu-  
blica quidem omnia referuntur ad duas species. Aut enim a di-  
uiño aut ab humano iure descēdit. Hec autē ex libris officiorā  
latius patēt: sed ad presentem articulū: vt publicis officiis reue-  
rentia impendatur. Tāta nāq̄ debetur eis: q̄ta est eminentia cu-  
iūslibet magistratus. Hanc quidem aut facit: aut indicat vnius-  
cuiusq̄ cōpetens iurisdictio: cum reuerentia magistratiū aut co-  
temptus redundet in honorem aut contumeliam subditonum.

Hoc mēbrū de  
clarabit. j.c. p  
xi. xvi. illa xvi.  
in princi.

Exodi. xx.  
Deutero. v.  
Ad idē Mat.  
xv. Marci. viij  
et Eccl. iii.